



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Decimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

& quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, legibus quoque, etiam Imperialibus, & municipalibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indulgiis, & literis Apostolicis quibuscumque Personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, editis, factis, & pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Octob. MDCCIX. Pontificatus nostri Anno Nono.

LXXXIX.

Conceditur Presbyteris Congregationis Piorum Operariorum ab eorum locorum Ordinariis approbatis facultas ubique audiendi Sociorum ejusdem Congregationis in itinere Confessiones.

Const. ed. 1707. Maji 10. P. 7. concessa fuit facultas celebrandi Missas una hora ante auroram, & post meridiem. Et Const. ed. 1712. Jan. 2. P. 12. conceduntur Ecclesia, & Collegium S. M. Montium de Urbe.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 9. Jan. 1710. An. 10.

Exordium.

Pastoralis Officii humilitati nostrae divinitus impositi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Congregationum Virorum in Ecclesia Dei uberes bonorum operum fructus aspirante superni favoris auxilio proferri jugiter satagentium curam peculiari studio gerentes, illas quo laudabilia earum Instituta cum majori spirituali consolatione, uberiorique animarum fructu prosequi valeant, opportunis favoribus, & gratiis decoremus.

Preces Procuratoris Gen.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Modernus Procurator Generalis Congregationis Piorum Operariorum Nobis nuper exponi fecit ipse quibuscumque dictae Congregationis Presbyteris ad Confessiones audiendas in Dioecibus ubi residere soliti sunt, approbatis, sacramentales

quorumvis aliorum ejusdem Congregationis Confessiones extra Dioeceses hujusmodi audiendi facultatem a Nobis concedi, & opportune in praemissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desideret: Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, quibuscumque Congregationis praedictae Presbyteris, qui tamen in Dioecibus, ubi residere soliti sint, seu unde discesserint ad Confessiones audiendas approbati reperiantur, ut sacramentalis quorumvis aliorum ejusdem Congregationis una cum ipsis iter pro tempore agentium Confessiones, tamen in illis Dioecibus in quibus iter agendo reperiantur, approbati non fuerint, audire, illosque a peccatis suis (penitentia salutari & aliis, quae fuerint injungenda, eis injunctis) absolvere libere, licite, & valide possint, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici vel Secretarii dictae Congregationis Piorum Operariorum subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae, seu illius Superioris Generalis munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die IX. Jan. MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Damnatur, & prohibentur denuo quatuor libelli Episcopi S. Pontii.

Constit. ed. 1708. Jul. 13. P. 8. damnatus fuit liber: Le Nouveau Testament &c. Et Constitutione sequenti damnatur liber: Traité de la Regale &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM alias in lucem prodierint libelli quidem Gallico idiomate impressi sub titulis

Concessio praedd. facultatis.

Clausula.

XC.

Dat. 10. Jan. 1710. An. 10.

Referuntur libellorum tituli.

infrascript-

infrascriptis, videlicet. Mandement de Monseigneur l'Evêque de S. Pons touchant l'acceptation de la Bulle de N. S. P. le Pape Clement XI. sur le cas signé par XL. Docteurs, avec la justification des 23. Evêques, qui voulant procurer la paix à l'Eglise de France en 1667. se servirent de l'expression d'un silence respectueux, pour marquer la soumission qui est due aux décisions de l'Eglise sur les faits non révélés, avec les Moyens de rétablir à présent cette paix. 1706. Nouvelle Lettre de Monseigneur l'Evêque de Saint Pons, qui refuse celle de Monseigneur l'Archevêque de Cambrai touchant l'infailibilité du Pape. 1707. Lettre de Monseigneur l'Evêque de S. Pons à Monseigneur l'Archevêque de Cambrai où il justifie les XIX. Evêques qui écrivirent en 1667. au Pape & au Roy, au sujet des IV. celebres Evêques, de Alet, de Pasvez, de Beauvais, & de Angers. Reponse de Monseigneur l'Evêque de S. Pons à la Lettre de Monseigneur l'Archevêque de Cambrai. Illi vero tamen hujus Sanctæ Sedis auctoritate prohibiti, atque damnati, adhuc præsertim apud Gallos, non sine bonorum indignatione, & pusillorum scandalo, atque animarum periculo palam in vulgus spargantur, quemadmodum ad Apostolatus nostri Notitiam plurimorum querela delatum fuit. Nos auditis desuper nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, plurimque in Sacra Theologia Magistrorum, qui rem mature, ac diligenter discusserunt sententiis pro commissa Nobis ab æterno Pastore gregis sui cura, Dominicas oves, quantum Nobis ex alto conceditur, a noxiis præservare cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio libellos supradictos, & eorum quemlibet, utpote continentés doctrinas, & propositiones falsas, perniciosas, scandalosas, sediciofas, temerarias, schismaticas, erroneas, atque hæresim respectivé sapiens, necnon in apertam fraudem, & elusionem Constitutionis ad extirpandam penitus Janfenianam hæresim a Nobis novissime editæ manifeste tendentes, sub superius expressis aliisque quibuscumque titulis, ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, & versione hucusque impressos, ac manu descriptos, aut, quod absit, in posterum imprimendos, & describendos auctoritate Apostolica, tenore præsentium denuo damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus; ipsorumque libellorum, & eorum cujuslibet impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis sub pœna excommunicationis per contrahentes ipso facto, & absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo constitutus absolvi possit, omnino interdiciamus: Volentes, & auctoritate præfatæ mandantes, ut quicumque libellos prædictos, vel aliquem illorum penes se habuerint, illos, seu illum statim atque præsentibus literis eis innotuerit, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitate Inquisitoribus deferat. Qui autem venerabili fratri Episcopo S. Pontii subsunt, Metropolitanano, aut uni ex Viciniis Episcopis tradere, atque consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita, illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Cause novæ damnationis reatorum libellorum.

Damnatio, & prohibitio novæ eorumdem, cum censura, & mandato illos tradendi Ordinariis, vel Inquisitoribus.

Clausula cum comminatione penarum in auctorem.

§. 1. Cæterum contra Authorem libellorum eorumdem pro tradita a Nobis divinitus suprema pastoralis officii potestate in promptu habentes, secundum Apostolum ulcisci omnem inobedientiam, & destruerè omnem altitudinem extollente se adversus scientiam Dei, procedere intendimus, prout Juris fuerit juxta Canonicas Sanctiones.

§. 2. Ut autem eadem præsentibus literis ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quif-

quam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate præfata decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum ac Cancellariæ Apostolicæ necnon Curie generalis in Monte Citorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui, itaut sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde efficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent.

§. 3. Ipsarum autem literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eandem prorsus fidem ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die X. Januarii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Damnatur, & prohibetur liber sub tit. *Traité de la Regale &c.*

Const. præcedenti damnati fuere libelli Episcopi S. Pontii, & Const. ed. 1710. Feb. 17. P. 10. damnatur liber: Ragioni a pro della Città di Napoli &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut ad Apostolatus nostri notitiam pervenit, in lucem prodierit liber quidam Gallico idiomate editus, cui Titulus: *Traité de l'origine de la Regale, & des Causes de son établissement, par M. Gaspard Audant Avocat au Parlement, & au Conseil du Roy, & de Monseigneur le Duc d'Orleans. A Paris 1708.* In quo ejus Author non modo antiquum illum usum percipiendi, seu potius custodiendi fructus quarundam vacantium Ecclesiarum, quem Jus Regaliæ nuncupant in omnibus Regni Galliarum Ecclesiis, adeoque etiam in illis, quæ tempore celebris Constitutionis in Generali Concilio Lugdunensi secundo editæ ejusmodi oneri minime erant obnoxia, non tam contra ipsius Concilii Decreta, quam contra satis omnibus notam ea in re Apostolicæ Sedis mentem, locum sibi vindicare contendit, sed quod prorsus intolerandum est ausu non minus Nobis, quam se. re. Alexandri VIII. & Innocentii XII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris injurioso, Universalem juris Regaliæ usum hujusmodi quem re. me. Innocentius Papa XI. etiam Prædecessor noster omni humano, divinoque Juri contrarium esse censuit, ab iis, qui eidem Innocentio Prædecessori successerunt, veluti Justitiæ consonum agnatum fuisse falso, æque, ac temere affirmare non erubescit.

§. 1. Nos librum hujusmodi nonnullis ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque in Sacra Theologia Magistris examinandum commisimus, qui illum subinde utpote continentem, præter præmissa, etiam quamplura alia asserta manifeste falsa, contumeliosa, Ecclesiasticæ Immunitati Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus constitutæ adversantia, impia, temeraria, erronea, atque etiam hæresim respectivé sapientia, damnandum, & prohibendum esse unanimiter censuerunt. Auditis itaque eorumdem Cardinalium, & Magistrorum sententiis, creditum Nobis a Domino pastoralis curæ, atque vigilantie munus, quantum Nobis ex alto conceditur salubriter exequi cupientes, de

XCI.

Dat. 18. Jan. 1710. An. 10.

Libri titulus, & ejus damnationis causa.

Libri Censura.

ipforum

1710.
Damnatio
& prohibi-
tio d. Libri.

ipforum Cardinalium consilio, librum prædic-
tum auctoritate Apostolica tenore præsentium
damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retine-
ri prohibemus, ipsiusque libri impressionem, des-
criptionem, lectionem, retentionem, & usum
omnibus, & singulis Christianis etiam speci-
fica, & individua mentione, & expressione dig-
nis, sub penis excommunicationis per contra-
facientes ipso facto absque alia declaratione, in-
currenda, a qua nemo a quoquam (præterquam
a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore
existente) nisi in Mortis Articulo constitutus ab-
solutiois beneficium valeat obtinere, omnino
interdicimus. Volentes, & eadem Auctoritate
mandantes, ut quicumque librum huiusmodi
penes se habuerint, vel in futurum quandocum-
que habebunt, illum statim, atque præsentem li-
teræ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel
hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque
consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi
sic tradita illico flammis aboleri curent. In con-
trarium facientibus non obstantibus quibuscum-
que.

Clausulæ.

§. 2. Ut autem eadem præsentem literæ omni-
bus facilius innotescant, nec quisquam illarum
ignorantiam allegare possit, volumus, & aucto-
ritate prædicta decernimus illas ad valvas Basilicæ
Principis Apostolorum ac Cancellariæ Apostolicæ
nec non Curie Generalis in Monte Citatorio,
ac in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex
Curforibus nostris, ut moris est publicari, illarum-
que exempla ibidem affixa relinqui, ita ut sic
publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt
perinde afficiant, ac si unicuique illorum perso-
naliter notificatæ, & intimatæ fuissent. Ipsarum
autem literarum transcriptus, seu exemplis, etiam
impressis manu alicujus Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate
constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in
iudicio, quam extra illud ubique locorum haberi,
quæ haberetur ipsis præsentibus si forent ex-
hibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub An-
nulo Piscatoris die XVIII. Januarii MDCCLX. Pon-
tificatus Nostri Anno Decimo.

XCII.

Conceditur Alternativa Tripartita in Electione
Correctoris, Collegarum, & Definitorum in
Provincia Messanen. Fratrum Minorum Sancti
Francisci de Paula.

Clem. X. Const. ed. 1670. Aug. 13. P. 1. concessum
fuit suffragium Pontificis Constit. ed. 1717. Augu-
sti 12. P. 17. agitur de suffragio Exprovincialium.

Dat. 6. Febr.
1710. An. 10.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Pastoralis Officii, quod Authore Deo geri-
mus, cura animum nostrum sollicitat, ad
ea peculiari paternæ charitatis studio statuen-
da, quæ per Christianis divinis obsequiis sub
suavi Religionis iugo mancipatorum quieti, &
fælici regimini opportunis rationibus salubriter
consultatur.

A Provincia
petita fuit al-
ternativa inter
Fratres
Vallis Neti,
& Vallis De-
monis.

§. 1. Alias siquidem per dilectos filios fratres
Vallis Neti nuncupatos Provinciæ Messanen. Or-
dinis Sancti Francisci de Paula Minorum Nun-
cupatorum Nobis supplicato, ut quamdam Al-
ternativam in electione Correctoris Provincialis
dictæ Provinciæ inter Fratres Conventuum dictæ
Vallis, & Vallis Demonis nuncupat. Provinciæ,
& Ordinis prædictorum concederemus. Nos sup-
plicem libellum Nobis super præmissis porrectum
ad Congregationem Ven. Fratrum nostrorum
S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationi-

bus Episcoporum, & Regularium præpositam rem-
issimus, ipsa vero Congregatio Cardinalium
eundem supplicem libellum ad Venerabilem Fra-
trem modernum Archiepiscopum Panormitan. pro
informatione, & voto transmisit, qui quidem
Archiepiscopus ad occurrendum inordinationi-
bus, quæ occasione electionis Correctoris Pro-
vincialis huiusmodi oriebatur, ne illius officium
penes Fratres Conventus Mylarum perpetuo re-
maneret, censuit Alternativam huiusmodi tripar-
tite concedendam esse, & ad hunc effectum
quandam Conventuum repartitionem fecit, assi-
gnando eisdem Fratribus Vallis Neti, Conventus
Cathaniens., Syracusan., Augustæ, Leontinenfis,
Vizzini, Calatagironensis, Mellitellensis, Vi-
ctoriæ, Neti, Terræ novæ, & Syclensis; Fra-
tribus vero districtus Messanen., Conventus Mes-
sanen., Castaneæ, Scalanen., Taurominæ, Lin-
guæ grossæ, & Randiatens., ac demum fratri-
bus Plani Mylarum Conventus Mylaytar., Montis
fortis, S. Petri, S. Angeli, Condronensis, & Gipsen-
sis, addens, quod in primo Capitulo Provinciali
celebrando electio de persona Religiosi Conventus
Vallis Neti, & subinde modo recensito alterna-
tim fieri deberet. Audiroque postmodum ab eadem
Congregatione Cardinalium dilecti filii Mo-
derna Procuratoris Generalis voto, die 26. Augu-
sti 1707. rescriptit, ut ad Capitulum Provinciale
recurrerent, & postea supplicarent; Cum autem
die 29. Septembris ejusdem anni Capitulum Pro-
vinciale celebratum fuisset, Fratres Capitulares in
eo legitime congregati; præmissa vera esse con-
siderantes, eidem Congregationi Cardinalium
pro concessione ejusmodi Alternativæ tripartitæ,
juxta votum memorati Archiepiscopi, ita scilicet
ut in primo memoratus Corrector Provincialis
e Fratrum Vallis Neti nempe Cathaniens.,
Syracusan., Augustæ, Leontinen., Vizzini, Cal-
atagironensis, Mellitellensis, Victoriæ, Terræ
novæ, Nerenfis, & Siclensis, in Secundo e fra-
trum Messanen., Castanenfis, Scalatenfis, Fau-
rominensis, Linguæ grossæ, & Randiatens.,
& in tertio Capitulo Provinciali dictæ Provin-
ciæ successive celebrando e fratrum Mylaytani,
Montis fortis, Gipsensis, Sancti Petri Condron-
ensis, & S. Angeli respective Conventibus Pro-
vinciæ, & Ordinis prædictorum, tres vero Col-
legæ dicti Capituli Provincialis, unus e Vallis Ne-
ti, alter vero ex districtu Messanen., ac reliquus
ex Plani Mylarum Conventibus eligi deberent,
& id ipsum in Electionibus sex Definitorum ser-
vandam sit.

§. 2. Quare dicti Exponentes Nobis humiliter
supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune
providere, & ut infra indulgere de benignitate
Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dictos Exponentes specialibus
favoribus, & gratis prosequi volentes, & eo-
rum singulares personas a quibusvis excommu-
nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a
jure, vel ab homine quavis occasione, vel cau-
sa latis, si quibus quomodolibet innodatæ exi-
stunt ad effectum præsentium dumtaxat conse-
quendum harum serie absolventes, & absolutas
fore censentes, huiusmodi supplicationibus in-
clinati, de memoratorum Cardinalium, qui rela-
tionem prædicti Archiepiscopi ad eosdem Car-
dinales super præmissis transmissam audiverunt,
consilio, eisdem Exponentibus petito Indul-
tum Alternativæ tripartitæ in omnibus juxta pe-
tita a memorato Capitulo Provinciali concedi-
mus; salva tamen semper in præmissis auctoritate
prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes ipsas præsentem literas sem-
per firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suisque plenarios, & integros effectus forti-
turi, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore spectabit in omnibus, & per om-

Sed ab Ar-
chiepiscopo
Panormitano
approbata
fuit alterna-
tiva inter Fra-
tres Vallis
Neti, Distri-
ctus Messa-
nen., & Plani
Mylarum.

Forma dictæ
tripartitio-
nis.

Et a Capitu-
lo Provincia-
li ann. 1707.
alternativa
tripartita ne-
dum quoad
electionem
Correctoris,
sed etiam
Collegarum,
& Definitorum.

Preces Fra-
trum Provin-
ciæ.

Concessio
præd. alterna-
tivæ tripartitæ
e Capitulo
Provinc. pro-
positæ.

Clausulæ.

nia plenissime suffragari, & ab illis respective in- violabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Provincia, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VI. Februarii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

XCIII.

Damnatur, & prohibetur Liber, cujus titulus: *Ragioni a prò della fedelissima Città, e Regno di Napoli &c.*

Const. ed. 1710. Jan. 18. P. 10. damnatus fuit Liber: Traité de la Regale &c. Et Constitutione sequenti damnantur tres Libri de re beneficiaria.

Dat. 17. Febr. 1710. An. 10.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Libri titulus, & ejus censura.

CUM, sicut accepimus, in lucem prodierit Liber quidam Italico idiomate editus, cui titulus: *Ragioni a prò della fedelissima Città di Napoli contra il procedimento straordinario nelle Cause del S. Offizio divise in tre Capi &c.* Et Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, audita Libri hujusmodi censura sibi relata, illum tamquam continentem propositiones falsas, perniciosas, temerarias, seditiosas, erroneas, Ecclesiasticæ Immunitatis, & Jurisdictionis everivas, ad schisma excitandum aptas, Tribunali S. Inquisitionis summopere injurias, hæresim demum sapientes, sive de hæresi suspectas respective prohibendum, & condemnandum esse censuerint. Hinc est, quod Nos creditum Nobis a Domino pastoralis curæ, & vigilantie munus, quantum Nobis ex alto conceditur salubriter exequi cupientes de memoratorum Cardinalium consilio, ac etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine supradictum Librum ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressum aut impostum imprimendum tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque Libri impressionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere valeat, omnino interdiciamus.

Damnatio, & prohibitio libri prædicti cum præcepto illum tradendi Ordinariis, vel Inquisitoribus.

§. 1. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque Librum hujusmodi penes se habuerint, illum statim, atque præsentibus literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 2. Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curiæ Generalis Montis Cimatorii, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui, sic vero publicatas omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficere, & arctare, acsi unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent. Ipsarum autem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem profusam fidem tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVII. Februarii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Damnatur, & prohibentur Libri sub titulis: *Ragioni del Regno di Napoli &c. De re Beneficiaria &c. Considerazioni Teologico-Politiche &c. Parte prima.*

XCIV.

Constitutione præcedenti damnatus fuit Liber: Ragioni a prò della Città di Napoli &c. Et Constitutione sequenti denuo damnatur prædictus tertius Liber, & expresse ejus Secunda pars.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM, sicut Nobis innotuit, in lucem prodierint nonnulli Libri sub Titulis infra scriptis, videlicet - I. *Ragioni del Regno di Napoli nella Causa de' suoi Beneficii Ecclesiastici, che si tratta nel Real Concilio della Maestà del Rè nuovamente a tal' affare ordinato 18. Giugno 1708.* - II. *De re beneficiaria dissertationes tres, ubi Caroli III. Austr. Hispan. Regis Pii, felicitis Victoris PP. Augustini Editum, quo fructuum capionem in Sacerdotiis externorum, & vagantium Clericorum jubet, tum summo, tum optimo jure recte, atque ordine factum demonstratur. Rex qui sedet in solio Judicii dissipat omne malum intuitu suo. Prov. 20. anno 1708.* - III. *Considerazioni Teologico-Politiche fatte a prò degl' Editti di S. Maestà Cattolica intorno alle rendite Ecclesiastiche del Regno di Napoli, parte prima nell' anno 1708.* Venerabiles vero fratres nostri S. R. Eccl. Cardinales in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, auditis Librorum hujusmodi censuris sibi relatis, illos tamquam continentem propositiones falsas, male sonantes, temerarias, seditiosas, erroneas, sedi Apostolicæ injurias, unitatis, & primatus ejusdem S. R. Ecclesiæ everivas, libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ penitus destructivas, suspectas de hæresi, schismati, & hæresi proximas, imo etiam hæreticas respective, omnino damnandos, & prohibendos esse censuerint. Hinc est, quod

Dat. 17. Febr. 1710. An. 10.

Librorum tituli, eorumque censura.

Nos

Damnatio, & prohibitio præd. librorum cum mandato eos tradendi Ordinariis, vel Inquisitoribus.

Clausula.

Nos pro commissa Nobis divinitus gregis Domini cura animarum pretioso Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi Sanguine redemptarum periculis, atque detrimentis, quæ ex eorumdem Librorum lectione, & usu provenire possent, pastoralis sollicitudine quantum cum Domino possumus, occurrere volentes, de memoratorum Cardinalium consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, Libros supradictos, & eorum quemlibet, ubicumque, & quocumque alio idioma te, seu quavis editione, & versione hucusque impressos, ac manu descriptos, aut in posterum imprimendos, & describendos, tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, ac retineri prohibemus, ipsorumque Librorum, & eorum cujuslibet impressionem, descriptionem, retentionem, lectionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam nisi per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo constitutus absolvi possit, omnino interdicimus.

§. 1. Volentes, & Apostolica auctoritate præcipientes, ut quicumque Libros prædictos, vel aliquem eorum penes se habuerint illos, seu illorum statim atque præsentibus Literæ ad eorum notitiam pervenerint, teneantur tradere, atque consignare locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, qui exemplaria sibi tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 2. Cæterum, ut ipsæ præsentibus Literæ omnibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare valeat, volumus pariter, & auctoritate prædicta decernimus, ut illæ ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolice, necnon Curie Generalis in Monte Citorio, & Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquuntur; sic vero publicatæ, omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent; Utque earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem profus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XVII. Febr. MDCCX. Pontificatus nostri anno Decimo.

XGV.

Damnatur, & prohibetur denuo liber sub Titulo *Considerazioni Teologico-Politiche &c. Parte prima, & Seconda.*

Hic liber damnatus fuit Constitutione præcedenti sine expressione ejus Secundæ Partis. Et Const. edita 1710 Jun. 6. Pontif. 10. damnantur propositiones excerptæ ex libro, Nouveau Testament &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper nos per quosdam nostras in simili forma Brevis literas inter alios librum quemdam Italico idioma conscriptum, & in duas partes divisum sub Titulo - *Considerazioni Teologico-Politiche fatte a prò degl' Editti di sua Maestà*

Libri titulus, censura, ac novæ damnationis causa.

Bullarii Rom. Contin. Pars VI.

Cattolica intorno alle rendite Ecclesiastiche del Regno di Napoli - damnayimus, & reprobavimus, ac legi, seu retineri prohibuimus, & alias prout in scriptis nostris literis die 17. Februarii proxime præteriti expeditis, quarum tenorem, præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem in nostris literis prædictis Titulo ejusdem libri ex priori ejus pagina transcripto præter superius relata, etiam adjecta legantur hæc verba - *Parte prima nell' anno 1708.* atque exinde, sicut ad Apostolatus nostri notitiam pervenit a nonnullis dubitatum fuerit, cum libri hujusmodi damnatio, & prohibitio, etiam ad Secundam illius partem anno 1709. ut accepimus, in lucem editam extendatur, seu potius ad primam ejus partem dumtaxat anno 1708., ut præfertur Typis impressam restricta sit: Hinc est quod Nos ex injuncto Nobis cælitus Apostolicæ servitutis munere, quancumque dubitandi ansam hac in re penitus præcidere, animarumque periculis paternam charitatem quantum Nobis ex alto conceditur per amplius occurrere cupientes, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum a Sede Apostolica specialiter deputatorum, qui vere audita alias libri supradicti censura sibi relata, illum non solum quoad primam, sed etiam quoad secundam ejus partem utpote continentem propositiones falsas, temerarias, seditiosas, erroneas, seditiosas, injurias, jurisdictionis, & libertatis Ecclesiasticæ destructivas, atque etiam in schisma manifeste tendentes, & hæresi proximas respectivè damnantur, & prohibendum esse censuerunt, consilio, ac etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine librum prædictum quoad utramque ejus partem ubicumque, & quocumque alio idioma te, seu quavis editione, & versione hucusque impressum, ac manu descriptum, aut quod absit in posterum imprimendum, & describendum tenore præsentium denuo damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque libri, ac cujuslibet ejus partis impressionem, retentionem, lectionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda a qua nemo a quoquam præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere valeat, omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque librum supradictum, vel aliquam ejus partem penes se habuerint, illum, seu illam, statim atque præsentibus literæ illis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 2. Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curie Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris ut moris est publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui, ita ut sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent. Ipsarum vero literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo

Damnatio, & prohibitio altera libri prædicti cum mandato illum tradendi Ordinariis, vel Inquisitoribus.

Clausula.

personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munis, eandem prorsus fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XXIV. Martii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

XCVI.

Erigitur Congregatio Bethlemitarum sub Regula S. Augustini in Indiis Occident. in veram Religionem.

Erecta fuit hujusmodi Congregatio ab Inn. XI. Const. ed. 1687. Mar. 26. & Jun. 14. Hujus Pontificis Const. ed. 1707. Jul. 18. P. 7. concessa fuisse Privilegia. Et Const. ed. 1714. Dec. 22. P. 15. agitur de gubernio hujus Congregationis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 3. Apr. 1710. An. 10.

Exordium.

EX debito Pastoralis Officii, quo Ecclesiæ Catholicæ per univèrsam Terrarum Orbem diffusæ regimini divina dispositione præsidemus, Congregationes Christianissimorum pietatis, & Christianæ charitatis operibus ad pauperum infirmorum, & convalescentium subventionem, & utilitatem laudabili studio incumbendum paterno charitatis affectu prosequimur, felicique illarum statui, ac ut personæ, quæ tam pium vitæ institutum susceperunt in ea vocatione, in qua vocatæ sunt, perseverent usque in finem, opportunis rationibus, & favoribus providere studemus, sicut omnibus mature consideratis ad Omnipotentis Dei gloriam, piorum operum incrementum, & animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Confraternitas Bethlemitarum instituta an. 1653. & confirmata a S. Sede, in Congregationem erecta fuit an. 1687. ab Inn. XI. sub Regula S. Augustini cum peculiaribus Constitutionibus, exemptione ab Ordinariis locorum, ac electione primi Generalis.

§. 1. Alias siquidem nempe anno 1653. postquam in Civitate Guatimalæ in Indiis singulari pietate quon. Petri de Betancur a Sancto Josepho Viri ob ejus erga Deum amorem, ac Pauperum convalescentium, ægrotantiumque charitatem, aliasque ejus virtutes (ut asserbatur) satis abunde clari Confraternitas Bethlemitarum nuncupat, prius Ordinarii, & deinde Sedis Apostolicæ auctoritate confirmata exordium desumpserat, ac Benedicente Domino adeo excreverat, ut ad annum 1687. undecim Hospitalia cum Domibus Religiosis, in quibus plures Religiosi nedum in ægrotantium, convalescentium, ac contagioso morbo laborantium cura æque pia, & laudabiliter se exercebant, verum etiam in puerorum eruditione sedulo incumbabant, integre erecta, & fundata reperirentur, se. re. Innocentius PP. XI. Prædecessor noster attento tam ejusmodi spiritali rerum augmento, & ex eo, quia prædictæ Confraternitatis viri strictius Dei servitio se mancipari cupiebant, supplicationibus dilecti filii Roderici a Cruce, qui tunc ad Almam Urbem nostram, tunc suam pro expetenda illarum Confraternitatum erectione in veram, & Religiosam Congregationem cum concessione Generalatus pro prima vice in ejus persona missus fuerat benigne inclinatus, dictam Confraternitatem, seu Societatem Confratrum Bethlemitarum pauperum convalescentium in Congregationem sub Regula S. Augustini, sub quibusdam Constitutionibus auctoritate Apostolica perpetuo erexit, & instituit, ac easdem Constitutiones toto illarum tenore inserto cum omnibus, & singulis in eis contentis confirmavit, & approbavit, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjecit, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenissent, supplevit. Præterea eandem Congregationem sic per eum erectam,

ejusque Confratres, & Hospitalia, Ecclesias, & personas quascumque ab omnimoda jurisdictione, & correctione quorumcumque Ordinariorum locorum eadem auctoritate exemit, ac plenarie liberavit, ipsamque Congregationem, Confratres, Hospitalia, Ecclesias & personas hujusmodi sub immediata sua, & Sedis Apostolicæ protectione, & subjectione pari auctoritate suscepit, & alias prout in ipsius Innocentii Prædecessoris die 26. Martii dicti anni 1687. in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expressio, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Postmodum vero idem Innocentius Prædecessor accepto, eundem Rodericum professionem in eadem Congregatione juxta prædictas Constitutiones expresse emisisse, illum in primum Superiorem Generalem dictæ novæ per eum erectæ Congregationis per alias suas in eadem forma Brevis die 14. Junii ejusdem anni 1687. emanatas literas ad sexennium a die, quo idem Rodericus ad Civitatem Guatimalam prædictam advenisset numerandum, cum omnibus, & singulis prærogativis, præminentis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratis, & indultis, ac honoribus, & oneribus, quæ ejusmodi Superiori Generali per easdem Constitutiones ab eo confirmatas prædictas tribuebantur, & præscribebantur, Motu proprio, & ex certa scientia sua, deque Apostolicæ potestatis plenitudine constituit, & deputavit, prout in his posterioribus ipsius Innocentii Prædecessoris literis etiam uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti filii Michael a Jesu Maria Procurator Generalis, & Franciscus a Sancto Antonio plurium graviorum vocalium dictæ Congregationis Procurator in Curia ejusdem Congregationis nomine Nobis nuper exposuissent, quamvis in hujusmodi eorum Religiosa Congregatione singula, quæ veros, & formales decet Regulares tum respectu habitus tum cæterorum operum, ad quæ juxta prædictas Constitutiones tenentur, adimpleantur, ac octodecim in Congregatione hujusmodi Hospitalia totis numeris absoluta de præsentibus reperiantur, necnon in Liman, & Mexican. pro qualibet domo Religiosa quinquaginta, vel circiter, in cæteris vero quadraginta, triginta, aut viginti quinque, & singulis respective Hospitalibus non minus duodenario numero Religiosi collocari, & assistere soleant, nihilominus ipsi exponentes ipsam eorum Congregationem in veram, & formalem Religionem, in qua non vota simplicia, ut de præsentibus, sed expressa, & solemnia, sicut in quatuor Mendicantium Ordinibus, cæterisque approbatis Religionibus in posterum ab omnibus perpetuo proficiantur, itaut in posterum dictæ Congregationi Religionis, & Ordinis, ipsi vero fratribus illud Religiosi, & veri Regularis nomen respective conveniat, atque Religio hujusmodi tam quoad Hospitalia, quam quoad personas, & inservientes quoscumque a jurisdictione Ordinarii, necnon ut antea sub Regula ejusdem S. Augustini compatibiliter cum eisdem Constitutionibus per prædictas Innocentii Prædecessoris super ejus in Congregationem erectione, & ipsarum Constitutionum confirmatione emanatas literas prædictas stabilitis, prout in eisdem literis sancitur, exempta intelligatur, & esse debeat, salva tamen aliqua correctione, & nonnullarum earundem Constitutionum appendice, quæ ad constituendam essentialitatem veræ, & formalis Religionis ad prosperum ipsius gubernium, & incrementum omnino necessaria esse existimantur de novo per Nos erigi, approbati, & confirmari plurimum desiderent. Nos eorundem Michaelis, & Francisci Procuratorum votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum

Preces Congregationis, & rationes pro ejus erectione in Religionem cum appendice ad Constitutiones.

singulares

singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoluturas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio specialiter deputatorum, qui illud mature perpendunt, consilio, praefaram Congregationem Bethlehemitarum in Indiis Occidentalibus in veram Religionem cum votis solemnibus ex integro etiam ab iis, qui haecenus vota hujusmodi in eadem Congregatione emisserunt, emittendis; Ita tamen, ut nova vota emittentes prius de inefficacia praecedentium votorum ad constituendum eos veros Religiosos certiorentur, auctoritate Apostolica, tenore presentium perpetuo erigimus, & institimus.

Erectio dictae Congregationis in veram Religionem.

Clausula.

§. 3. Decernentes, easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attendari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Congregationis, & Hospitalium praedictorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsi praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die III. Aprilis MDCCX, Pontificatus nostri Anno Decimo.

XCVII.

Conceduntur Indulgentiae Perp. gestantibus Scapularia parva, distribui solita a Clericis Regularibus Theatinorum.

Inn. XII. Const. ed. 1691. Jul. 15. P. 1. extat Canonizatio S. Cajetani Thienai. Et hujus Pontificis Const. ed. 1712. Maji 22. P. 12. Canonizatio S. Andreae Avellini.

Dat. 12. Maji
1710. An. 10.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Celestium munerum Thesauros, quorum dispensationem humilitati nostrae commisit

divina dignatio, fidei prudentique liberalitate libenter erogamus, sicut pia Religiosorum virorum in sortem Domini assumptorum, vota postulant, & nos ad incitandam, fovendamque fidelium pietatem, necnon augendum potissimum erga Gloriosissimam Virginem Dei Genitricem Mariam cultum, ac devotionem profuturum in Domino arbitramur.

§. 1. Alias siquidem se. rec. Clemens X. Praedecessor noster Clericis Regularibus Congregationis Theatinorum nuncupatorum Scapularia parva caerulei coloris benedicendi, illaque Christianidelibus pio devotionis erga Mysterium Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculatae affectu ea gestare cupientibus, quemadmodum in Hispania jam dudum fieri consueverat, distribuendi licentiam, & facultatem sub certis modo, & forma tunc expressis auctoritate Apostolica tribuit, & impertitus fuit, & alias, prout in ipsius Clementis Praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 30. Januarii 1671. expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac inserto haberi volumus, uberius continetur. Nunc autem Nos laudabilem Christianidelium erga Mysterium supra dictum devotionem magis, magisque in dies augeri, & propagari cupientes, supplicationibus totius Congregationis eorumdem Clericorum Regularium Theatinorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinari, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus, quibus Scapularia benedicta hujusmodi, ut praefertur in posterum distribuatur, die quo illa primum susceperint, si vere poenitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumserint, plenariam, necnon eisdem in cujuslibet eorum mortis articulo, si etiam vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communionem refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, eidem plenariam. Ac ipsis pariter vere poenitentibus, & confessis, ac eadem Sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dictae Congregationis, vel Cappellam, seu Oratorium die festo ejusdem Conceptionis B. M. V. Immaculatae a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, & S. R. E. exaltatione piis ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper praedictis Christianidelibus, etiam vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem refectis Ecclesiam vel Cappellam, seu Oratorium hujusmodi in aliis ejusdem B. M. V. festis diebus, ut praefertur, visitantibus, & ibidem orantibus, quo die praefatorum id egerint septem annos, & totidem quadrageimas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

A Clem. X. concessa fuit facultas benedicendi, & distribuendi dd. Scapularia caerulei coloris.

Praesentibus Congregationis Theatinorum conceduntur.

Indulgentia plen. in susceptione Scapularis.

In mortis articulo.

In festo Conceptionis B. M. V.

Sed in aliis festis Indulgentia 7. annorum, ac totid. Quadrag.

§. 2. Volumus autem, ut earundem literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Maji MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

XCVIII.

Extenditur fenarius numerus Magistrorum ad duodenarium pro Provincia Chilen. Ord. Eremitarum S. Augustini.

Similes extensiones vide in Constitutionibus infra relatis, inter quas extat una Inn. XII. ed. 1692. Sept. 28. P. 2. pro Provincia Mexicana. Atque alia hujus Pontificis ed. 1702. Mar. 17. P. 2. pro Provincia S. Fidei. Const. ed. 1712. Feb. 26. P. 12. augetur numerus pro Provincia Limana. Et Inn. XIII. Const. ed. 1723. Aug. 7. P. 3. iterum extenditur numerus pro Provincia Chilen.

Dat. 20. Maji
1710. An. 10.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX inuncto Nobis diuinitus pastoralis sollicitudinis munere Sacrarum, bonarumque literarum studia præsertim inter Christianifideles diuinis obsequiis sub suavi Religionis Jugo addictos opportunis rationibus fovemus, & promovemus, ac ut debitus virtuti honor rependatur libenter providemus; sicut omnibus maturæ considerationis trutina perpensis rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

Rationes pro concessione præd. extensionis.

§. 1. Cum itaque sicut dilecti filii Fratres Provinciae Chilen. in Indiis occidentalibus Ordinis Eremitarum S. Augustini Nobis nuper exponi fecerunt, in Capitulo generali dicti Ordinis anno 1685. in Alma Urbe nostra celebrato statutum fuerit, ut Senarius Magistrorum numerus in Provinciis earumdem Indiarum ad duodenarium extendi, & ampliari deberet, si hujus Sanctæ Sedis facultas desuper accederet; similis vero extensio numeri Magistrorum pro Peruana, Quinensi, Mexicana, & Sanctæ fidei Provinciis ejusdem Ordinis in dicto Capitulo generali facta a fel. rec. Innocentio XI. Alexandro VIII. & Innocentio XII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & a Nobis per quosdam eorum, & nostras in simili forma Brevis literas die 20. Januarii 1688. die 31. Julii 1690. & die 28. Septembris 1692. ac die 17. Martii 1702. a Nobis respectively expeditas, approbata, & confirmata fuerit: Nobis propterea Exponentes prædicti, asserentes in prædicta eorum Provincia studia satis aucta, eamque Magno Religiosorum debitis ad consecutionem gradus Magisterii requisitis prædictorum numero refertam esse humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Fratrum Provinciarum.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium Adeodatum Nuzzi Priorem Generalem dicti Ordinis audiverunt consilio, ut de cætero fenarius dictæ Provinciae Chilen. Magistrorum numerus ad duodenarium (servata tamen in reliquis quoad promovendos ad Magisterii gradum forma per Apostolicas, & dicti Ordinis Constitutiones, nec non specialia ipsius Provinciae Chilen. Decreta, & consuetudines præscripta) augetur, Auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & indulgemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Extensio numeri Magistrorum servatis tamen servandis.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus re. me. Clementis PP. VIII. etiam Prædecessoris nostri de fenario Magistrorum numero, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciae, Chilen., & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XX. Maji MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Damnatur, & prohibetur liber sub tit. *Entretiens sur le Decret de Rome contre le Nouveau Testament &c.*

XCIX.

Damnatio libri: Le Nouveau Testament &c. extat Const. ed. 1708., Jul. 13., P. 8. Const. ed. 1710., Mar. 24., P. 10. damnatus fuit liber: Considerazioni Teologico - Politiche &c. Et Const. ed. 1713., 6. Idus Sept., P. 13. damnatur propositioes excerpta ex d. libro: Le Nouveau Testament &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut accepimus, in lucem prodierit liber quidam Gallico idiomate editus, cui titulus - *Entretiens sur le Decret de Rome contre le Nouveau Testament de Châlons, accompagnés de reflexions morales où l'on decouvre le vrai motif de ce Decret, on soutient les droits des Evêques, & l'on justifie l'approbation de Monseigneur le Cardinal de Noailles, Archevêque de Paris. 1709.* - Venerabiles autem fratres nostri S. R. E. Cardinales in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, audita libri hujusmodi censura sibi relata, illum tanquam continentem propositiones scandalosas, in praxi perniciosas, Apostolicæ Sedi injuriosas, contumeliosas, erroneas, schismaticas, ac hæresi proximas, & hæreticas, respectively prohibendum, & condemnandum esse consulerint. Hinc est, quod nos pro commissa Nobis diuinitus gregis Dominici cura Animarum periculis, atque detrimentis, quæ ex ejusdem libri lectione, & usu provenire possent, pastorali sollicitudine, quantum cum Domino possumus, occurrere volentes, de memoratorum Cardinalium consilio, ac etiam motu pro-

Referatur liber una cum censura.

prio,

Damnatio, & prohibitio libri cum mandato illum tradendi Ordinariis, vel Inquisitoribus.

prio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine supradictum librum ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressum, aut in posterum (quod absit) imprimendum tenore presentium damnamus, & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, nec non omnibus, & singulis Christianis, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis sub poena excommunicationis per contrahentes, ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam praterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere omnino interdiximus. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque librum hujusmodi penes se habuerint, vel in futurum quodcumque habebunt, illum statim atque presentes literas eis innotuerint locorum ordinariis, vel hereticis pravitatis inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Clausula.

§. 1. Ut autem eadem presentes literas omnibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate predicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ nec non Curie generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui, itaut sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificata, & intimata fuissent: ipsarum autem literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in Judicio, quam extra illud ubicumque locorum haberi, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in Arce Guandalphi Albanen. Diocesis sub Annulo Piscat. die VI. Junii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

C.

Conceditur Fratribus Carmelitis Excalc. Congregationis Italiae facultas fundandi Hospitium in Civitate Ulyxiponen.

Interdictum fuit Carmelitis Excalc. Congreg. Hispania edificare Conobium in Oppido de Bilbao a Clem. X. Const. ed. 1673., Maji 6., P. 3. Et Bened. XIII. Const. ed. 1726., Feb. 9. P. 2. confirmatur privilegium erigendi novas Domus cum sola licentia Ordinarii.

Dat. 28. Aug. 1710. An. 10.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Preces Congregationis, & causæ erigendi d. Hospitium.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Excalceati nuncupati Congregationis Italiae Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, quod ipsi Hospitium in Civitate Ulyxiponen, tam pro eorum Conventus Goan., ac Residentiæ Oppidi, seu loci de Diu, quam Sacrarum Missionum illarum partium ipsorum curæ, & directioni Commissarum mantentione fundare, & erigere intendunt, si nostra, & hujus S. Sedis sibi super hoc licentia suffragetur, & facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, eisdem exponentibus Hospitium prædictum in Civitate Ulyxiponen. ad præmissorum effectum auctoritate nostra Apostolica fundandi, & instituendi facultatem, & licentiam, eadem auctoritate tenore presentium concedimus, & impartimur; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Concessio præd. facultatis.

Clausula.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necnon quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis præfatorum, aliisque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XXVIII. Augusti MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Confirmantur tredecim Decreta Congregationis Rituum, quibus Congregationi Reformatæ Monachorum Cisterciens. conceditur facultas recitandi Officia complurium Sanctorum quibusdam ritibus, & modis.

CI.

Const. ed. 1705, Dec. 23. P. 6. confirmatus fuit cultus BB. Teresie, & Sanciae Monial. Ord. Cisterciens. & Bened. XIII. conceditur Indulg. Plenar. in Festo S. Stephani III. Abbatis Const. ed. 1724. Jul. 4. Pont. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Alias a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sac. Ritibus præpositorum ad supplicationem tam dilecti Filii nostri Joannis Mariæ S. R. Ecclesiæ Cardinalis Gabriellii nuncupati, qui in minoribus constitutus professionem Regularem in Congregatione reformatæ Monachorum S. Bernardi Ordinis Cisterciens. emisit, quam nonnullorum tunc existentium Superiorum dictæ Congregationis Reformatæ emanarunt tredecim Decreta, tenorum, qui sequuntur, videlicet -

Dat. 25. Sept. 1710. An. 10.

Referuntur præd. Decreta edita precibus Card. Gabrielii, & Superiorum d. Congregationis.

§. 1. Congregatio S. Bernardi Ordinis Cisterciens. Sacra Rituum Congregatio referente Eminentiss. & Reverendiss. Domino Cardinale Gabriellio, ad humillimas preces P. D. Joannis Francisci Rotæ Vicarii Generalis Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciens. benigne indulget Monachis Congregationis prædictæ S. Bernardi utriusque sexus, ut licite elevare possint officia Sanctorum Roberti Abbatis in Anglia, Lugardis Virginis, Hedwigis Reginae Poloniae, & Thomæ Episcopi Cantuariensis, & Martyris a

Primum Decretum de celebratione festorum sub ritu duplici. & 2. classis.

Ritu semiduplici ad duplicem, & officium S. Roberti Abbatis Institutoris Ordinis Cisterciensis a Ritu duplici ad duplicem secundæ Classis, necnon, ut libere, ac licite possint celebrare sub Ritu duplici nonnulla festa Sanctorum ejusdem Instituti cum officiis, ut infra indicantur. Die 2. Martii S. Aelredi Abbatis Rievallis. Die 5. Martii S. Petri de Castro novo Martyris cum lectionibus desumptis ex literis ab Innocentio PP. III. scriptis super ejus Martyrio. Die 13. Martii S. Heldradi Abbatis Novaliciensis. Die 1. Aprilis S. Hugonis Abbatis Bonevallis. Die 18. Junii S. Elisabeth a Schonangia Virg. Die 17. Septembris Sanctæ Hildegardis Virginis. Die 8. Octobris S. Martini Abbatis Vallis Paradisi. Die 13. Augusti 1701.

Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis.

Secundum Decretum.

Sacra Rituum Congregatio referente Eminentiss., & Reverendissimo Domino Cardinale Gabriellio, ad humillimas preces P. D. Francisci a S. Benedicto Visitatoris Provincialis Provinciæ Romanæ Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis benigne indulget Monachis utriusque sexus Congregationis S. Bernardi prædicti Ordinis, ut infra octavam Festivitatis Sanctæ Scholasticæ Virginis recitare possint lectiones proprias approbatas pro Officio ejusdem S. Scholasticæ recitando singulis mensibus, & ut die 28. Novembris recitari possint sub ritu duplici officium S. Columbani Abbatis cum lectionibus approbatis pro Congregatione Cassinensi. Item benigne concessit, ut libere, & licite possint celebrare sub ritu duplici nonnulla festa Sanctorum Ordinis Cisterciensis cum Lectionibus, ut infra indicantur. Die 14. Januarii S. Guarini Episcopi Sedunensis, & Confessoris. Die 26. Januarii S. Alberici Abbatis Cistercii. Die 27. Aprilis S. Franchæ Virginis. Die 15. Julii S. Balduini Abbatis Reatini. Die 8. Augusti S. Famiani Confessoris. Die 4. Decembris S. Galgani Confessoris. Die 3. Decembris 1701.

Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis.

Tertium Decretum.

Cum Sacra Rituum Congregatio referente Eminentiss., & Reverendiss. D. Cardinale Gabriellio sub diebus 13. Augusti, & 3. Decembris 1701. Monachis utriusque sexus Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensium, festa, & officia nonnullorum Sanctorum posse celebrari, & recitari benigne concesserit; Ad humillimas modo preces P. D. Joan. Francisci Rotæ Vicarii Generalis Congregationis prædictæ eisdem ut supra indulget posse recitari sub ritu duplici officia S. Amadei Episcopi Lausanensis, & Confessoris die 28. Januar., & S. Raymundi Abbatis de Fitero die 15. Martii, atque etiam omnes supradictas Orationes, & Lectiones proprias in festis, ac officiis Sanctorum ejusdem Instituti recitandas diligenter revisas per eundem Eminentiss., & Rmum D. Card. Gabriellium approbavit, & imprimi posse concessit die 21. Januar., 1702.

Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis.

Quartum Decretum.

Sac. Rituum Congregatio referente Eminentiss., & Reverendiss. D. Cardinale Gabriellio ad humillimas preces P. D. Joannis Francisci Rotæ Vicarii Generalis Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis benigne indulget Monachis utriusque sexus Congregationis Reformatæ Sancti Bernardi prædicti Ordinis, in feria tertia post Dominicam Passionis celebrare possint festum SS. Coronæ Domini Nostri Jesu Christi, & recitare sub ritu duplici majori Missam, &

Facultas celebrandi festum SS. Coronæ Domini Nostri

Officium proprium supradictum per eundem Eminentissimum D. Cardinalem Gabriellium diligenter revisum, & utrumque imprimi posse concessit. Die 18. Martii 1702.

Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis.

Sac. Rituum Congregatio, referente Eminentiss., & Reverendiss. D. Card. Gabriellio ad humillimas preces P. D. Henrici a S. Philippo Nerio Visitatoris Provincialis Provinciæ Romanæ Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis benigne indulget Monachis utriusque sexus Congregationis prædicti Ordinis, ut licite possint celebrare festa, & recitare sub ritu duplici majori officia, & Missas harum festivitatum B. M. Virginis videlicet Desponsationis cum S. Josepho die 20. Februarii, Septem dolorum feria sexta post Dominicam Passionis, de Monte Carmelo die 16. Julii, Sanctiss. Rosarii die 3. Octobris, Patrocinii die 10. Novembris, & Expectationis die 18. Decembris, necnon, ut libere, ac licite possint celebrare festa, & recitare sub ritu duplici officia, & Missas aliquorum Sanctorum ejusdem Instituti, ut infra indicantur. Die 30. Januar. S. Gerardi Confessoris. Die 19. Februarii S. Bonifacii Episcopi, & Confessoris. Die 8. Martii S. Gerardi Abbatis, & Martyris. Die 11. Martii S. Stephani Abbatis. Die 5. Aprilis S. Julianæ Virginis. Die 15. Aprilis Beata Idæ Virginis. Die 1. Junii SS. Martyrum Bernardi Mariæ, & Gratia. Die 15. Junii S. Aleydis Virginis. Die 8. Julii S. Theobaldi Abbatis. Die 13. Octobris S. Mauricii Abbatis. Die 24. Octobris S. Bernardi Episcopi, & Confessoris. Die 30. Octobris Sanctorum Martyrum, & aliorum Sanctorum quorum corpora, & reliquie in Ecclesiis ejusdem Congregationis aservantur, & sub ritu duplici majori. Die 14. Novembris translationis Corporis S. Bernardi Abbatis Claravallensis, atque die 27. Novembris omnium Sanctorum Monachorum Ordinis Cisterciensis. Item omnes suprascriptas orationes, Hymnos *xx. RR.* Cap. Antiphonas, & Lectiones proprias in Festis, Officiis, ac Missis præfatis B. M. V. & præfatorum Sanctorum, aliorumque Sanctorum Monachorum jampridem in Breviario Monastico contentorum recitandas, diligenter revisas, & relatas per eundem Eminentissimum & Reverendiss. Dominum Cardinalem Gabriellium, approbavit, & imprimi posse concessit, una cum Calendario suprascripto, quod in posterum debeat unice observari in tota præfata Congregatione S. Bernardi non obstantibus quibuscumque aliis Decretis hujus Sacræ Congregationis ante hoc emanatis in favorem prædictæ Congregationis, salvis tamen remanentibus Decretis spectantibus ad Officia, uti superius de novo ordinata sunt. Sanctorum Benedicti, & Bernardi Abbatum semel in hebdomada, & S. Scholasticæ Virginis semel in mense extra tempus Adventus, Quadragesimæ, & Vigiliarum recitanda. Die 1. Julii 1702.

Ordinis Cisterciensis.

Cum Sac. Rituum Congregatio, referente Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Cardinale Gabriellio sub die 13. Augusti, & 3. Decembris 1701., & 21. Januarii, 18. Martii, & prima Julii 1702. Monachis utriusque sexus Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis, festa, & officia propria, atque Missas SSmæ Coronæ Spinæ D. Nostri Jesu Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ, & plurium Sanctorum posse celebrari, & recitari benigne concesserit: Ad pias modo preces ejusdem Emi,

Jesu Christi feria 3. post Dominicam Passionis cum Missa & Officio proprio.

Quintum Decretum.

Festa B. M. V. quæ celebrari posse conceditur sub ritu duplici majori, cum Missa & Officiis propriis. Aliorum SS. festa sub ritu duplici.

Orationes, hymni, Responsoria, Capitula, Antiphonæ, & Lectiones propriæ ab eadem Sac. Rituum Congregationis approbate ad usum Monachorum Cisterciensium.

Sextum Decretum.

& Rm

Extensio facultatis prae-
missae, ac supra expressae
ad Cisterciensem
utriusque sexus
totius Ordinis
iuxta ritum
Breviarii
Monastici.

Septimum
Decretum.

Festa SS.
Pontificum,
& Confessorum,
que cum suis
Officiis celebra-
ri possint sub
ritu duplici
ab omnibus
& singulis
Monachis
utriusque
sexus totius
Ordinis
Cisterciensis.

Octavum
Decretum.

Omnibus
Monachis
utriusque
sexus totius
Ordinis
Cisterciensis
indulgetur, ut
celebrare
possint festa
B. M. V. & supra
recensitorum
SS. etiam
Moniales
Cistercienses
utantur
Breviario
Romano: ad
ejus
tamen ritum
aptari
debeant
defignata
suis
locis
Officia.

Nonum
Decretum.

Facultas
conceditur,
ut in
omnibus
Monasteriis
Congrega-
tionis
Reformatae
S. Bernardi
Ordinis
Cisterciensis
Romanae
celebrare
possint
festum
S.

& Rm̄i Domini Cardinalis extendit, & concessit omnibus, & singulis Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis. eandem prorsus facultatem, ut supra celebrandi omnia praedicta festa, ac recitandi memorata officia propria, & Missas, atque acceptandi proprium Calendarium, eodem prorsus modo, quo illa supradictae Congregationi Reformatae S. Bernardi concessa fuerunt in praenarratis Decretis hujus S. Congregationis. Die 9. Decembris 1702.

Ordinis Cisterciensis.

Sac. Rituum Congregatio referente, & supplicante Em̄o, & Rmo D. Cardinale Gabriellio benigne indulget omnibus, & singulis Monachis utriusque sexus totius Ord. Cisterciensis, ut licite possint celebrare festa, & recitare sub ritu duplici officia, & Missas horum Sanctorum Summorum Pontificum, & Confessorum, ut infra die 19. Januarii S. Agathonis. Die 18. Februarii S. Gregorii Secundi. Die 25. Maji S. Bonifacii IV. Die 28. Maji S. Gregorii VII. Die 12. Junii S. Leonis III. Die 17. Julii S. Leonis IV., atque omnes supradictas orationes, & lectiones proprias in festis, & officiis praedictorum Sanctorum recitandas diligenter revisas, & relatas per eundem Eminentiss., & Reverendissimum Dominum Cardinalem Gabriellium approbavit, & imprimi posse concessit. Die 20. Jan. 1703.

Ordinis Cisterciensis.

Cum Sac. Rit. Congregatio referente, & supplicante Eminentiss., & Reverendiss. Domino Cardinale Gabriellio sub die 9. Decem. 1702. benigne indulgerit omnibus Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis, ut possint celebrare festa, ac recitare Missas, & Officia propria Sanctorum Coronae Spinae Dom. Nostri Jesu Christi, & Beatissimae Virginis Mariae, ac plurium Sanctorum jam per varia Decreta hujus Sac. Congregationis concessa, & impressa juxta Ritum Breviarii Monastici pro Monachis Reformatis utriusque sexus S. Bernardi ejusdem Ordinis Cisterciensis: Ad pias modo preces ejusdem Eminentiss., & Reverendiss. Domini Cardinalis Gabriellii concedit omnibus Sanctimonialibus Ordinis Cisterciensis, quae utuntur Breviario Romano, ut adaptare possint praedicta officia juxta Ritum Breviarii Romani, eaque sic accommodata faciant typis imprimi, necnon secundum easdem festivitates valeant celebrare facere Missas per Capellanos Ecclesiarum earumdem servitio addictos cum Missali Romano, & juxta illius Rubricas ad instar concessionum alias factarum sub die 24. Jan. 1688. Monialibus Cisterciensibus S. Susannae de Urbe, sub die 18. Jun. 1689. Monialibus Cisterciensibus S. Ursulae Bononiae. Die 23. Jun. 1703. Ita reperiuntur in Registris Decretorum Congregationis Sac. Rituum In quorum fidem die 28. Jul. 1710. G. Cardinalis Carpinus. - B. Inghirami Secretarius.

Congregationis Reformatae S. Bernardi Ordinis Cisterciensis. Provincia Romana.

S. Rit. Congregatio, referente Eminentiss., & Reverendiss. Domino Cardinale Gabriellio ad humillimas preces P. D. Henrici a S. Philippo Nerio Visitatoris Provincialis Provinciae Romanae Congregationis Reformatae Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis benigne indulget omnibus Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis Romanae praedictae Congregationis Reformatae S. Bernardi, ut die 19. Maji possint in omnibus Monasteriis, & Ecclesiis tantum ejusdem Provinciae Romanae celebrare festum S. Pudentianae Virginis, & recitare sub ritu duplici majori Missam, & Officium d. S. Pudentianae ad relationem ejusdem Eminentiss.

Domini Card. Gabriellii approbatum die 8. April. 1702. ab hac Sacra Congregatione pro Monachis S. Pudentianae de Urbe. Hac die 20. Januar. 1703.

Ordinis Cisterciensis.

Sac. Rit. Congregatio supplicante, & referente Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Cardinale Gabriellio, approbavit officium proprium supra descriptum S. Humbelinae Viduae, benigneque indulget omnibus, & singulis Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis, ut licite possint celebrare festum, & recitare sub ritu duplici die 12. Februarii praedictum officium proprium S. Humbelinae, illudque imprimi posse concessit, non solum secundum Ritum Breviarii Monastici, sed etiam secundum Ritum Breviarii Romani pro Sanctimonialibus Cisterciensibus utentibus eodem Breviario Romano. Die 1. Sept. 1703.

Ordinis Cisterciensis.

Cum Sac. Rit. Congregatio referente Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Card. Gabriellio sub diebus prima Julii, & nona Decembris 1702. omnibus Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis concesserit novum Calendarium proprium ordinatum, & adauctum compluribus officiis propriis pro dierum diversitate ab hac Sac. Congregatione jam approbatis: Ad pias modo preces, & relationem ipsius Eminentiss., & Reverendissimi Domini Cardinalis Gabriellii, eadem Sacra Congregatio pro omnibus Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis dumtaxat approbavit, & imprimi posse concessit suprascripta elogium publice in Choro recitanda in Lectione Martyrologii Romani juxta Rubricas ejusdem Martyrologii. Hac die 24. Nov. 1703.

Ordinis Cisterciensium.

Sac. Rituum Congregatio, referente, & supplicante Eminentiss., & Reverendiss. Domino Cardinale Gabriellio benigne indulget omnibus, & singulis Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis, ut quotannis die 14. Januar. licite possint, & valeant celebrare festum, & recitare sub ritu duplici secundae Classis officium & Missam de SS. Nomine Jesu alias approbata, & pluries concessa ab hac Sac. Congregatione translato ad diem 14. Februar. festo, & officio S. Guarini Episcopi, & Confessoris. Hac die 15. Febr. 1710.

Ordinis Cisterciensis.

Cum S. Rituum Congregatio, referente Eminentiss., & Reverendiss. D. Card. Gabriellio sub die 18. Mart. 1702. Monachis Reformatis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis festum, & officium proprium Sanctiss. Coronae Spinae Dom. Nostri Jesu Christi in feria tertia post Dominicam Passionis posse celebrari, ac recitari sub ritu duplici majori benigne concesserit, eamque gratiam ad omnes Monachos Cistercienses utriusque sexus die 9. Decem. 1702. extenderit: Ad pias modo preces Eminentiss., & Reverendiss. Domini Card. Gabriellii pro toto Ordine Cisterciense utriusque sexus porrectas, eadem Sacra Congregatio transfert ad feriam sextam ante Dominicam Passionis Officium Sanctissimae Coronae Spinae sub eodem Ritu duplici majori. Die 21. Jun. 1710. - Ita reperiuntur in Registris Decretorum Congregationis Sac. Rituum. In quorum fidem die 28. Jul. 1710. - I. Cardinalis Carpinus. - B. Inghirami S. Rit. Congr. Secretarius.

Pudentianae
V. & M. & recitare sub
ritu duplici
majori ejus
Missam &
Officium.

Decimum
Decretum.

Facultas
celebrandi
festum
S. Humbelinae
cum
Officio sub
ritu duplici.

Undecimum
Decretum.

Approbatio
novi
Calendarii
pro
omnibus
Monachis
utriusque
sexus
totius
Ordinis
Cisterciensis.
Cum
elogium
in
Choro
recitandum
ad
Lectionem
Martyrologii
Romani
juxta
Rubricas
ejusdem
Martyrologii.

Duodecimum
Decretum.

Omnes
utriusque
sexus
Cistercienses
die 14. Jan.
festum
cum
officio
SS. Nomine
Jesu
celebrare
possunt,
translato
in
diem
14. Febr.
festum,
atque
Officio
S. Guarini
Ep. & Conf.

Decimum
tertium
Decretum.

Officium
cum
festo
SS. Coronae
D. N. J. C. ex
feria 3. post
Dominicam
Passionis
transfertur
in
feriam
sexam
ante
ipsam
Dominicam.

Memoratus Card. Gabriellus supplicat Summo Pontifici pro Confirmatione rectorum Decretorum.

Annuit Pontifex ejus precibus.

Clausula.

§. 1. Cum autem, sicut praedictus Joannes Maria Cardinalis nuper exposuit, ipse Decreta hujusmodi quo firmiter subsistant, & serventur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desideret; Nos specialem ipsi Joanni Mariae Cardinali gratiam facere volentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tredecim Decreta praeferta, & eorum quodlibet auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; Salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congr. Cardinalium.

§. 2. Decernentes eandem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis Reformatae hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet coactis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatorum die XXV. Septem. MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CII.

Confirmatur Decretum Capituli Provinciae Romanae Congregationis Italiae Fratrum Carmelitarum Discalce. de pecuniis investendis.

Inn. XII. Const. ed. 1692. Nov. 21. P. 2. confirmata fuisse quaedam decreta pro pace inter utramque Congregationem. Et Bened. XIII. Constit. edita 1728. Jun. 22. P. 5. mandatur Donatis, ut exercent humilitatis opera.

Dat. 26. Sept. 1710. An. 10.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Prior Provincialis, & Definitor Provinciales Provinciae Romanae Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Italiae Ordinis B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, quod in Capitulo Provinciali dictae Provinciae die 22. Aprilis anni proxime praeteriti celebrato decretum fuit, ut in posterum Conventus Provinciae hujusmodi pecunias ad ipsos quomodolibet spectant, personis particularibus ad censum tradere nequeant, sed illas in tot locis Montium Camerae nostrae Apostolicae non vacabilium, sive censibus cum locis piis, & communitatibus investire, aut in emptio-

nem bonorum stabiliium fructiferorum convertere, & erogare teneantur, & alias prout uberius continetur in Decreto Diffinitorii Provincialis memoratae Provinciae desuper emanato tenoris, qui sequitur, videlicet. Ex actis Capituli Provincialis fratrum Carmelitarum Discalceatorum ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Provinciae Romanae S. Mariae celebrati Caprarolae in nostro Conventu S. Mariae in S. Silvestro in fest. vespertina fer. 2. die 22. mensis Aprilis 1700. Cum ex creatione censuum cum personis particularibus saepe deperdantur, aut periculum subeant capitalia, & eorum fructus, indeque plures quotidie lites debeant excitari. Propositum fuit, an sit ordinandum ne in posterum Conventus possint tradere ad censum personis particularibus pecunias quomodolibet ad ipsos spectant, sed teneantur reinvestire illas in locis Montium, vel cum locis piis, aut communitatibus, aut in emptione Terrarum frugiferarum; Et hoc non intelligatur, si capitale non ascendat ad scuta centum, tunc enim recurritur ad Definitorium Provinciale, quod re mature examinata, decernat, quid faciendum in casibus particularibus sub poena suspensionis per sex menses Prioribus contrafacien. quod si haec poena locum habere non possit, sint privati voce activa, & passiva per idem tempus: responsum est affirmative per secreta suffragia cum omnibus. Item propositum fuit pro majori firmitate supra dictae ordinationis, an servatis servandis sit recurrendum ad S. D. N. supplicando pro confirmatione in forma Brevis; Responsum est affirmative cum viginti octo ex viginti novem. -- Fr. Marthaeus a Sancta Maria Provincialis &c. -- Fr. Eusebius a Sanctis Capituli Secretarius &c.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, Capitulum Provinciale praedictum confirmationem Decreti hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione ab hac S. Sede impetrari mandaverit: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui dilectum filium modernum Praepositum Generalem dictae Congregationis super praemissis audiverunt consilio Decretum praesentium auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementus. Salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus

Decretum praedict. de pecuniis investendis in locis Montium, sive cum Communitatibus, vel in Terris fructiferis, cum quadam exceptione.

Praes. Prioris, & Diffinitorum.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

fit,

fit, Congregationis, & Conventuum, & Provincie hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Sept. MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CIII.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Congregationis Alexianorum in festo S. Alexii.

Dat. 4. Oct.
1710. An. 10.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Injunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cælestium munerum Thefauros dispensationis nostræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Cælis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque, & conservandam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum Fratrum Congregationis Alexianorum, seu Cellitarum nunc sub Regula S. Augustini nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus vere penitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Conventuum dictæ Congregationis Alexianorum, seu Cellitarum tam hæcenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus die festo S. Alexii Confessoris sub cujus invocatione eadem Congregatio instituta fuit, a primis vespers usque ad occasum solis diei hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pijs ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Preces Congregationis.

Concessio d. Indulg.

Clausula.

§. 1. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Octobris MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CIV.

Declaratur nullum Edictum Ducis Sabaudie super deputatione Judicis pro justitia administranda, & Oeconomi pro colligendis fructibus in Abbatia S. Benigni in Fructuaria suo Rectore orbata.

Const. ed. 1707. Maji 17. P. 7. declarata fuere nulla Decreta, aliaque gesta in ditione Ducis Sabaudie. Et Const. sequenti declaratur nulla de-

putatio Vicarii in loco de Saorgio, aliisque locis Ducis Sabaudie subjectis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Accepimus nuper porrectas fuisse ab Officiali Patrimoniali Generali nuncupato, dilecti Filii Nobilis viri Victorii Amedei Sabaudie Ducis, & Pedemontis Principis quædam preces eidem Victorio Amedeo Duci tenoris, qui sequitur, videlicet *Alexxa Reale*. Sendosi resa vacante per la morte seguita dell'Abbate di S. Tomaso il primo Agosto scorso, l'Abbatia di S. Benigno d'indubitata nomina, e Regio Personato di V.A.R. la di cui Jurisdittione, e redditi consistono particolarmente al temporale sopra le quattro terre di S. Benigno Montanaro, Feletto, & Embardore; Ha il suo Patrimoniale d'ordine della sua Regia Camera de Conti per la ragione di protezione da V.A.R. dovuta a detta Abbatia, ed ad effetto di far conservare li frutti, e redditi vacanti a beneficio di essa e del successore, che deve esser nominato da V.A.R. fatto procedere conforme al solito dell'altre Abbatie, e Chiese vacanti di nomina Regia alla riduzione d'essa, frutti, e redditi della medema sotto l'economia, o sia Amministrazione del detto suo Patrimoniale con deputatione non solo d'Economo nella persona di Giuseppe Antonio Roggerino per la percettione e conservazione de'frutti, e redditi, ma ancora d'un Giudice rogato nella Persona dell'Avvocato Battaglione ad effetto, che venga dal medemo a nome di detta Abbatia esercitata la giurisdittione temporale, e resa quella giustizia alli sudditi d'essa, e luoghi suddetti nel concernente il temporale, che venivali amministrata, e resa dalli Giudici in esse quattro Terre pro tempore deputati dagli' Abbati con ordine e comando esercire con tutta integrità, e disinteressamento, e nella forma, e stili, che essercivasi in vita degl'Abbati dalli Giudici suddetti, come del tutto ne appare per atti, lettere, e legitime provisioni ottenute dalla Regia Camera sudetta: occorre presentemente aaver per inteso, che sotto nome di Monsignore Arcivescovo di Seleucia in qualità di Tesoriere Generale di Sua Santità, e della Camera Apostolica, e collettore de' spogli, e diritti delle Abbatie, e Beneficii vacanti in Italia, stasi ultimamente preteso publicarsi in detta Abbatia aserte lettere, ordine, o Manifesto del medemo che si dice dato in Roma li 16. Agosto scorso per cui detto Monsignore Tesoriere abbia preteso dichiarare nulli gl'altri di riduzione fattasi d'ordine d'essa Camera de'Conti di V.A.R. e successivamente la deputatione dell' Economo Roggerino con inibire a chi che sia d'ingerirsi sotto qualsivoglia preteso, nella cura o amministrazione, o Economia de' Beni, luoghi, rendite, e giurisdizione dell'Abbatia sudetta senza espressa facultà, e permissione sua, e dell'Abbate Barbarossa, che dice esser suo Delegato con comando di pagare, e rispondere dd. frutti, e redditi nelle mani d'esso Abbate Barbarossa, & a sudditi d'esse quattro Terre di obedire solamente alla Sede Apostolica, ed alla Santità di nostro Signore & a Giudici, e Ministri Costituiti da se, come Collettore Generale sudetto o pure dal detto Abbate Barbarossa suo Delegato durante la vacanza senza riconoscere altro Superiore, nè ricevere, nè ubbidire agl'Ordini d'altri Giudici, o d'altri Magistrati di qualsivoglia sorte sotto le pene, ed altri commandi ivi espressi, e meglio come risulta dalla qui giunta copia del manifesto, e lettere sudette. Doppo del che l'istesso Abbate Barbarossa per altro suo particular ordine delli 6. corrente Settembre, che pure ha preteso far pubblicare in

Dat. 27. Oct.
1710. An. 10.

Libellus porrectus ab Officiali Gener. Patrimonii Ducis Sabaudie super confirmatione Deputationis a se factæ, & abolitione alterius a Subdelegato Thesaurarii Cam. Apost. editæ judicis pro justitia administranda Vassallis locorum Abbatis S. Benigni in Fructuaria, & Oeconomi pro colligendis fructibus quousque suo Rectore vacaret.

detta

detta Abbazia, e di cui si rimette la qui giunta copia notificando la sudetta delegazione, ed autorità, che dice conferirsi da Monsignore Tesoriere non solo notifica, dichiara, e comanda come sopra, ma passando più oltre, supponendo fatti d'autorità ordinaria, e delegata dall'Avvocato Pochettini, alcuni atti di riduzione d'essa Abbazia, deputazione d'Economio, Giudici, ed altri ufficiali, ha preteso confermare in Economo il Prete Don Passora, in Giudice, e Luogotenente il Notaro Marco Aurelio Carlevaris, per li luoghi di S. Benigno, Montanaro, e Netto, ed in suo Vice-Luogotenente e Vice Segretario il Notaro Roga, come pure in Luogotenente, e Segretario nel luogo di Lombardore, il Notaro Gioseppe Maurizio Roggeri, ed in fiscale il denominato Saudimo, che però non dovendo persuadersi il Patrimoniale di V. A. R. possa essermente di Monsignore Tesoriere, come non è di suo potere l'esercitare, ed estendere l'autorità sua di Collettore Generale sopra l'Abbazia sudetta, quale per più ragioni non deve cadere sotto la riduzione, e ragione di vacanti, e particolarmente per esser d'indubitata nomina, e Padronato Regio, e dovendo anzi credere essere evidentemente surrettizie le sudette lettere, e provisióni fendosi taciuta particolarmente la qualità tanto essenziale, che questa Abbazia sia di Padronato Regio, come altresì costandoli conseguentemente esser nulle, ed insistenti le susseguite provisióni dell'Abate Barbarossa, e tanto la sudetta delli 6. Settembre, che ogn'altra, e molto più attentati tutti gl'atti di deputazione d'Economio, Giudice, o Luogotenente, Segretario Fiscale, ed altri Ufficiali, dall'Avvocato Pochettini senza nessuna autorità, e con accidente perturbazione de' dritti del suo Regio Padronato: Implorando per tanto il benigno effetto della Real protezione da V. A. R. dovuta alla detta Abbazia, e sudditi di essa particolarmente durante la vacanza della medema, per la conservazione de redditi, e frutti vacanti di essa, tanto a favore del successore, che dell'Abbazia senza che siano contro ogni diritto del Regio Padronato e ragioni della medesima; altrove divertiti, e trasportati, e che l'amministrazione ancora della giurisdizione temporale, come de' più cospicui frutti, e redditi dell'Abbazia, stia oppresso, e venga esercitata da persone d'ogni integrità, e disinteressamento. Supplica per tanto humilmente V. A. R. degnarsi dichiarare non aver potuto, ne potere le sudette provisióni di Monsignore Tesoriere ed Abate Barbarossa, ed Avvocato Pochettini, come surrettizie, nulle, invalide, ingiuste, ad attentate rispettivamente sortire alcun effetto, nè recare verun pregiudizio alle ragioni di detta Abbazia, e dal suo Regio Padronato, e per maggior, e dovuta naturale difesa d'un dritto tanto giustamente spettante alla sua corona, fare positivo, è contrario precetto a tutti li sudditi, ed abitanti in essa Abbazia, e Torre alla medesima nel temporale sottoposte, di non dover, pendente la vacanza della medesima riconoscer altro Economio, che il già deputato d'ordine della sua Regia Camera de' Conti Rogerino con obbligo, e comando a tutti li Maffarj, Fittuarj, Enfitotei, Redditarj, ed in qualunque maniera, e per qualunque titolo Debitori verso detta Abbazia, di pagare, e rispondere d'essi in avvenire dal giorno della Morte dell'Abbate di S. Tomaso, e durante la vacanza in altre mani, che dal prenominato Economio, o altri che venissero dal suo Patrimoniale nominati, e deputati, come altresì di non ubbidire ad altri Giudici nel temporale che al già detto Avvocato Battaglione, o suoi Luoghi tenenti, o altri, che verranno come sopra dalla Regia Camera, o suo Patrimoniale deputati, ed inibire alli sudetti nullamente deputati dall'Avvocato Pochettini, e

confermatri come sopra dall'Abbate Barbarossa, o etianodio da Monsignore Tesoriere sudetto, o che potessero ancora in avvenire essere da' medemi, o chiunque altri eletti, o deputati d'ingerirsi in qualunque maniera, per se, o per altri direttamente o indirettamente nell'esercizio di detta Giurisdizione temporale, amministrazione della giustizia, percezione de' redditi, e qualunque altra economica, o temporale amministrazione di qualsivoglia officio, ed esercizio in detta Abbazia, e Terre a quella soggette, anzi di dover pendente la vacanza, come sopra ubbidire intieramente nel concernente detta amministrazione alli sudetti dalla di lei Regia Camera, e suo Patrimoniale deputati e deputandi in avvenire sotto pena non solo della nullità d'ogni atto in contrario, ma d'altre maggiori arbitrarie alla sua Regia Camera, secondo la contingenza de' casi. Con dichiarar la pubblicazione delle presenti per voce di grida, ed affissione di copia ne' modi, e luoghi soliti, e che alla copia stampata dal Stampatore di V. A. R. Valetta si debba dar tanta fede, come al proprio originale valer. Il che &c. Fecia di Costato Auditore Patrimoniale Generale.

§. 1. Subinde vero super precibus prædictis prodiisse sub nomine ejusdem Victorii Amedei Ducis præceptum, sive Edictum tenoris sequentis, videlicet. *Vittorio Amedeo II. per grazia di Dio Duca di Savoia, Principe di Piemonte, Rè di Cipro &c.* Veduta nella Camera nostra de' conti l'allegata supplica sottoscritta dal Conso Configliere di Stato, Mastro Auditore Patrimoniale nostro Generale Fecia di Costato, ed il tenore del tutto ben considerato per le presenti col parere, e partecipazione di detta Camera dichiaro non aver potuto, ne poter le provisióni di Monsignore Tesoriere, ed Abate Barbarossa, ed Avvocato Pochettini, come surrettizie, nulle, invalide, ingiuste, ed attentate rispettivamente sortire alcun effetto, nè recare verun pregiudizio alla ragione della nostra Abbazia, e del Regio nostro Padronato, e per maggior, e dovuta naturale difesa di un dritto tanto giustamente spettante alla nostra Corona. Faciamo positivo, e contrario precetto a tutti li sudditi, ed abitanti in essa Abbazia, e Terre alla medesima nel temporale sottoposte de non dover pendente la vacanza della medesima riconoscer altro Economio, che il già deputato d'ordine di detta nostra Camera de' Conti Rogerino con obbligo, e comando a tutti li Maffarj, Fittuarj, Enfitotei, Redditarj, ed in qualunque maniera, e per qualunque titolo debitori verso d. Abbazia di pagare, e rispondere d'essi in avvenire dal giorno della morte del Abbate di San Tomaso, e durante la vacanza in altre mani, che del prenominato Economio, o altri, che venissero dal nostro Patrimoniale nominati, e deputati, come altresì di non ubbidire, ad altri Giudici nel temporale, che all'Avvocato Battaglione, o suoi Luogotenenti, o altri, che verranno come sopra dalla predetta nostra Camera, o Patrimoniale deputati. Inibendo alli nominati nella sudetta supplica nullamente deputati dall'Avvocato Pochettini, e confermati dall'Abbate Barbarossa, o etianodio da Monsignore Tesoriere sudetto, o che potessero ancora in avvenire essere da' medesimi, o chiunque altri eletti, o deputati d'ingerirsi in qualunque maniera per se, o per altri, direttamente, o indirettamente nell'esercizio di detta Giurisdizione temporale, amministrazione della giustizia, percezione de' redditi, e qualunque altra economia, o temporale amministrazione di qualsivoglia officio, ed esercizio in d. Abbazia, e Terre a quella soggette, anzi di dover pendente la vacanza, come sopra ubbidire intieramente nel concernente detta amministrazione alli sudetti dalla sudetta nostra Camera, e Pa-

Edictum Ducis Sabaudia, quo confirmata fuit præd. Deputatio judicis, & Oeconomii ab Officiale Gen. Patrimonii, ac nulla declarata alla Deputatio a Subdelegato Theaurarii facta.

rimoniale nostro deputati, e deputandi in avvenire sotto pena non solo della nullità di ogni atto in contrario, ma d'altre maggiori arbitrarie all'istessa nostra Regia Camera secondo la contingenza de' casi. Dichiarando la pubblicazione delle presenti per voce di grida, & affissione di copia nei modi, e luoghi soliti valida, e che alla copia stampata del Stampatore nostro Valetta si debba dare tanta fede, come a proprio Originale, che tal' è nostra mente. Dato in Torino li 15. Settembre 1710. Per S. A. R. a relazione di detta Camera. In Torino per Gio. Battista Valetta Stampatore di S. A. R. 1710.

Ostenditur præd. Edictum esse nullum, utpote læsivum iurium Apostolicæ Sedis.

§. 2. Cum autem, fructus, redditus, & proventus Monasterii, seu Abbatia in fructuaria nuncupatur nullius, seu Hypporegien, vel alterius Diocesis, deque in præcepto, seu Edicto præinserto sit mentio, tempore illius vacationis seu cessationis Commendæ, ad nos, & Cameram nostram Apostolicam spectare, & pertinere dignoscuntur, & in vacationibus, seu cessationibus Commendæ Monasterii huiusmodi, quæ retroactis temporibus contigerunt, a tunc existentibus Nunciis Apostolicis, aliisque huius S. Sedis Officialibus, & Ministris in ditione prædicti Victorii Amedei Ducis pro tempore residentibus recollecti, & pro eadem Camera custoditi fuerint, ac interea Officiales, & Iudices pro Justitia administranda Vassallis, & Subditis in Oppidis, Castris, & locis eidem Abbatia, ejusque pro tempore existenti Abbati Commendatario, etiam in temporalibus subjectis a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris seu Nunciis, aut aliis Ministris Apostolicis præfatis constituti, ac deputari consueverint, ipsaque Oppida, Castra, & loca sub alto, & supremo Dominio, ac Superioritate nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis, ac S. R. E. privative quoad alios quoscumque fuerint, & sint, ac censi debeant, adeoque Vassalli, Universitates, & homines eorundem Oppidorum, Castrorum, & locorum soli nostræ & dictæ Sedis Superioritati fuerint, & sint vere subjecti, ac propterea, nec dicto Victorio Amedeo Duci tempore vacationis, seu cessationis Commendæ Monasterii prædicti, Iudices constituere, aut alios Jurisdictionales actus exercere, & multo minus fructus bonorum ad dictum Monasterium, seu Abbatiam spectantium sub quocumque prætextu colligere, seu custodire, aut Economos deputare, & sic res ad Ecclesias spectantes perturbare licuerit, nec liceat in præjudicium Sedis, & Cameræ prædictarum, ideoque præcepta, inhibitiones, ordinationes, aliaque omnia, & singula demandata, contenta & enunciata in præinserto præcepto, seu Edicto quovis modo læsiva Ecclesiasticæ Jurisdictionis, & libertatis, ac Jurium Cameræ, & Sedis prædictarum nullius proflus sint roboris, & momenti, nec deceat illa absque nostra, & ejusdem Sedis animadversione, impugnatione, & revocatione prætermitti. Hinc est, quod Nos, qui in sublimi Justitiæ solio a Domino constituti Universalium Terrarum Orbis Ecclesiarum gerimus curam, quique illarum, & Sedis prædictæ Jurium Supremi Assertores sumus, ne pastorali officio nostro hac in re quoquo modo deesse videamur. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine paribus præceptum, seu Edictum præinsertum, necnon mandata, inhibitiones, præcepta, aliaque omnia, & singula in eo contenta, & enunciata tum Cameræ, & Sedis prædictarum, tum etiam Monasterii, seu Abbatia S. Benigni huiusmodi Juribus quovis modo præjudicialia, ac præsertim deputationem Economis, seu aliorum Officialium pro reducendis, colligendis, & custodiendis illius fructibus, necnon constitutionem Iudicis,

seu Iudicium pro Justitia in temporalibus administranda in prædictis Oppidis, Castris, seu locis, sicut præmittitur, facta, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumque secuturis, penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta, erronea, ac de facto præsumpta, & attentata, nulliusque momenti, & efficacia fuisse, & esse, neque per illa tanquam inania, frivola, & inefficacia ullum, vel minimum præjudicium nostris, & Sedis, ac Cameræ prædictarum, necnon dicti Monasterii, seu Abbatia Juribus quibuscumque illatum fuisse, vel esse, neque inferri potuisse, nec ullo unquam tempore posse, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec ea a quopiam observari posse, vel potuisse, nec ex illis cuquam aliquod Jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, aut possidendi, seu quasi possidendi, vel præscribendi causam acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quodcumque acquiri, vel competere posse, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, sed proinde ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent; pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore præsentium statuimus, decernimus, & declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundantiore cautelam revocationes Economis, & Iudicis, omniumque in præmissis, seu eorum occasione gestorum a Camera computorum nuncupata dicti Victorii Amedei Ducis, seu illius Officialibus per Venerabilem Fratrem Joannem Archiepiscopum Seleucia Thesaurarium nostrum generalem, vel alios Sedis prædictæ Officiales factas approbantes ac quatenus opus sit, confirmantes deputationem Economis, & Iudicis prædictorum, & alia quæcumque a Camera prædicta computorum, ac eisdem Economo, & Iudice, seu aliis Ministris Ducalibus, quoad exercitium Jurisdictionis in Vassallos, & Subditos, ac reductionem, seu recollectionem fructuum Monasterii, seu Abbatia huiusmodi in præjudicium Sedis, & Cameræ Apostolicarum prædictarum hæcenus attentata, vel forsitan in futurum attentanda, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus, harum serie reprobamus, annullamus, cassamus, & abolemus, viribusque, & effectu profus vacuumus, & pro reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, ac omnino vacuis semper, & perpetuo haberi volumus & mandamus, itaut illis minime obstantibus supremum Dominium, & Superioritas in Vassallos, & Subditos, Oppidaque, Castra, seu loca ejusdem Monasterii, seu Abbatia ad nos, & Sedem prædictam solummodo spectet, & pertineat, prout revera spectat, & pertinet, jusque deputandi Iudicem pro administratione justitiæ in iisdem Oppidis, Castris, seu locis, & colligendi fructus, ac redditus ejusdem Monasterii, seu Abbatia, quotiescumque illius vacatio, seu cessatio Commendæ contigerit, ad Sedem, & Cameram Apostolicas prædictas, non autem ad d. Ducem pari modo spectet, & pertineat, quemadmodum revera spectat, & pertinet. Proptereaque Subcollectores, Commissarios, & Ministros pro recolligendis fructibus prædictis, necnon Iudices pro administratione Justitiæ a nostris, & dictæ Sedis Officialibus, postquam Monasterii, seu Abbatia huiusmodi vacatio, seu cessatio Commendæ contigit, Deputatos, & in prædicto præcepto, seu Edicto nominatos, quatenus opus sit, & ad majorem cautelam harum serie approbamus, & confirmamus, eisdemque Iudicibus tam hæcenus deputatis, quam in futurum forsitan pro administratione Justitiæ per nos, & dictæ Sedis, & Officiales prædictos deputandis ab omnibus, & singulis Vassallis, & Subditis dicti Monasterii, seu Abbatia obrem-

perari, & necnon cū mandato pærendi sub pænis; & censuris, quas jam incurrerunt Apost. iurium perturbatores.

Declaratio nullitatis relati Edicti cum confirmatione Deputationis a Subdelegato Thesaurarii factæ, & abolitione alterius ab Officiali Gen. edi-

perari, debitamque obedientiam præstari, ac Sub-collectoribus, seu Commissariis itidem per eisdem nostros, & ejusdem Sedis Officiales deputatis, aut in posterum forsan deputandis, fructus, redditus, & proventus quoscumque tam hæctenus decursos, quam ipsius Monasterii, seu Abbatia vacacione durante, seu Commenda cessante decurrendos realiter, tradi, & consignari volumus, præcipimus, & mandamus. Præterea iisdem Vassallis, ac Subditis, necnon omnibus, & singulis Colonis, Conductoribus, Massariis, & aliis quibuscumque fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi debitoribus districte interdiciamus, & prohibemus, ne cuiuscumque personæ, seu personis a prædicta Camera computorum dicti Victorii Amedei Ducis, vel aliis ejus Officialibus hucusque deputatæ, seu deputatis, & in prædicto præcepto, seu Edicto expressis, seu aliis forsan in futuro deputandis pro administratione Justitiæ, seu perceptione, & Custodia fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum, ulla ratione, aut quocumque quæsto colore, vel causa pareant, vel obtemperant, vel iis respectu ullam prædictorum fructuum, reddituum, & proventuum portionem, etiam minimam, aut pretium inde retractum, vel retrahendum quoquomodo tradant, & assignent; Quod si secus fecerint, censuras, & pœnas a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis adversus talia perpetrantes inflictas se noverint incurfuros. Quin etiam Judici, & Œconomio prædictis, & aliis quibuscumque e dicta Camera Computorum, vel etiam ab ipso Victorio Amedeo Duce, aut ejus Officialibus hæctenus deputatis, vel forsan in posterum deputandis penitus, ac omnino interdiciamus, & prohibemus, ne quibusvis Jurisdictionibus actibus, quoad Monasterium, seu Abbatiam hujusmodi, ejusque Vassallos, & Subditos ullatenus se immiscere, fructus, redditus, & proventus ejusdem Monasterii, seu Abbatia vacacione durante, seu Commenda cessante exigere, aut aliquod impedimentum Judicibus, & Subcollectoribus, seu Commissariis per præsentis nostras, & dictæ Sedis Officiales deputatis, aut in posterum forsan deputandis, quominus eorum officio in præmissis libere fungi possint per se, vel alios inferre, nec quidquam aliud circa præmissa facere audeant, seu præsumant in nostrum, & Sedis, & Camera Apostolicarum prædictarum præjudicium sub censuris, & pœnis adversus Ecclesiasticæ libertatis, & Jurisdictionis Apostolicæ perturbatores, ac usurpatores a Sac. Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus, ac præsertim Literis die Cœnæ Domini singulis annis legi, & promulgari solitis inflictis, quas cateroquin manifesti, ac explorati Juris est eos incurfisse, qui quoquomodo in præsentia administratione justitiæ, vel recollectione fructuum, reddituum, ac proventuum hujusmodi, in Sedis, & Camera Apostolicarum prædictarum præjudicium se ingesserunt, vel aliud quidquam in præmissis hæctenus attentarunt, vel attentare præsumperunt.

Claufulæ.

§. 3. Decernentes eisdem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod præfati, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, & ordinis, præminentia, & dignitatis existant, seu alias specifica, ac individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causæque propter quas præsentis emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, &

totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, alioque quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illos aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuncios, & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere; ac iritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus necnon legibus Imperialibus, etiam Municipalibus, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsto non tollendo, & fel. rec. Pii PP. IV. Prædecessoris nostri Constitutione de gratiis quæcumque interesse Camera Apostolicæ concernentibus in eadem Camera præsentandis, & registrandis, itaut præsentis literæ etiam in eadem Camera nullo unquam tempore præsententur, & registrentur, nihilominus valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant; Necnon dicti Monasterii, seu Abbatia, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Monasterio, seu Abbatia, ejusque Commendatario, & quibusvis personis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum inferitis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Octob. MDCCX. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Declarantur